PASSIO SANCTI BLASII. GREGORIUS MAGNUS. VITA SANCTI BASILII
3. Viertel 12. Jh. Seite 99r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



discedente anima nihil uident. si per se uidebant. Hinc
ergo collige quia ipsa quoque inuisibilia. non nisi per inui
sibilia uident. Ponamus quoque oculos mentis edifi
care domum. in mensas moles leuari. pendere mag
nas in machinis colupnas. quis queso te hoc opus
operatur. Corpus uisibile quod illas moles manibus
trahit. an inuisibilis anima que uiuificat corpus.
Tolle enim quod non uidetur in corpore. et mox in mobilia
remanent cuncta que moueri uidebantur uisibilia
corpora metallorum. Qua ex re pensandum est. quia in
hunc quoque mundum uisibilem nichil nisi per creaturam in
uisibilem disponi potest. Nam sicut omnipens deus
aspirando. uel inplendo que ratione subsistunt. et
uiuificat et mouet inuisibilia. ita ipsa quoque inui
sibilia implendo mouet. atque sensificat carnalia
corpora que uidentur. PETRUS Istis fateor
allegationibus libenter uictus. prope nulla iam esse hec
uisibilia existimare compellor. qui prius in me infir
mantium personam suscipiens. de inuisibilibus dubitabam.
Itaque placent cuncta que dicis. Sed tamen sicut uitam
animae in corpore manentis ex motu corporis ag
nosco. ita uitam animae post corpus apertis quibusdam
rebus attestantibus agnoscere cupio. GREGORIUS.
Hac in re sicor paratum tue dilectionis inuenio. in al
legationibus minime laboro. Numquid nam sancti apostoli
et martyres xpi presentem uitam despicerent. in morte